Als Einzelbl. beigelegt
Aufgefunden bei der Einarbeitung der letzten Freimaurer Bestände
1978

Arenpekh. Chron. Bajoar.
Lib. IV. c. 4. p. 152.

De Corpore S. Martini in Bavariae Salzeburgā adportato.

Accepimus a patribus nostris quod Otto Rex Hispaniam cum multo apparatu profectus in civitatem Turonorum hospitandi gratia ingressus est, ubi per aliquot dies cū magnatibus suis moram faciens mansionarios simul & custodem pretio corrupit & sic corpus B. Martini auro & argento latenter comparavit. Datis ergo, quas pepigit, recepit, quod voluit. Regreditur festinus ad patriam furtim deferens tanti corporis glebam. Quia vero tam pretiosum thesaurum suo vectigali contineri duxit indignum, Archiepisc. Iuvaviensi Herolfo, sibi ut credidit fidelissimo tradidit ad servandum &c.